

- 10 quoi miserae indigne per vim vitium obtulerat. *SO.* non
intellego
satius quae loquitur. *CA.* propius obsecro accedamu',
Sostrata. *GE.* ah
- me miserum, vix sum compos animi, ita ardeo iracundia. 310
nil est quod malim quā illam totam familiam dari mi
obviam,
ut ego iram hanc in eos evomam omnem, dum aegritudo
haec est recens.
- 15 satis mihi id habeam supplici dūm illos ulciscar modo.
seni animam primum exstinguerem ipsi quī illud produxit
scelus ;
tum autem Syrum impulsorem, vah, quibus illum lacerarem 315
modis !
sublime[m] medium primum arriperem et capite in terra
statuerem,
ut cerebro dispergat viam ;
- 20 adulescenti ipsi eriperem oculos, post haec praecipitem
darem ;
ceteros—ruerem agerem raperem tunderem et pro-
sternerem.
- sed cesso eram hoc malo inpertiri propere? *SO.* revocemus : 320
Geta. *GE.* hem
quisqui's, sine me. *SO.* ego sum Sostrata. *GE.* ubi
east? tē ipsam quaerito.
<*SO.*> tē exspecto ; oppido opportune te obtulisti mi
obviam.
- 25 <*GE.*> era . . . *SO.* quid est? quid trepidas? *GE.* ei
mihi ! *CA.* quid festinas, mi Geta?